

Wf  
425



*h.*




h. 2, 64.

Wf  
425

BIBLIOTHECA  
P. NICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

CHRISTIAN  
ELBOW  
MAY 18 1850  
MAY 18 1850  
MAY 18 1850



ACCLAMATIO  
AD  
SERENISSIMOS PRINCIPES,  
**CHRISTIANUM V.**  
ELECTUM DANIARUM,  
ET NORVEGIARUM HEREDI-  
TARIUM PRINCIPEM:

NEC NON:

**MAGDALENAM**  
**SIBYLLAM**  
SAXONICAM,  
AUGUSTÆ SERENITATIS EJUS  
CONJUGEM,

CUM PROPECTURI IN EGRANAS  
ACIDULAS ET CAROLINAS  
THERMAS WITTEBERGAM  
VENISSENT.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVII.

CHRISTIANISSIMO

SERENISSIMOS PRINCIPES

CHRISTIANUM V.

ELECTUM DANICUM

ET NORVEGIARUM HEREDI-

ACCIPIT FAMILIAM PRINCIPUM

ETC. ETC.

MAGDALENAM

SIBYLAM

MAXIMILIANAM

AUGUSTAE SERENITATIS FILIAS

CONIUGEM

CUM PROPECTURI IN EGRIANAS

ACIDIAS ET CAROLINAS

THERMAS WITBERGAM

VENISSENT

WITBERGAE

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.

ANNO MDCXLVII



CHRISTIANE  
QUINTE AUGUSTE,

AVE AC SALVE!

QUEM MAXIMUS PATER

SCEPTRIS GENUIT; JUDICIUM PATRIÆ

SCEPTRO DESTINAVIT:

ACCEPIT NORVAGIA PRINCIPEM, DA-

NIA ELEGIT; NE PLUS NASCENDO,

QUAM PROMERENDO CONSEQUE-

RERIS.

MAXIME PRINCIPUM,

OPTIME PRINCIPUM,

DEUS TE SERVET!

VERE MAXIME;

*CUI NON PLUS FORTUNA TRI-*

*BUIT QUAM VIRTUS DEDIT: QUIN*

*CUI PLUS VIRTUS CONTULIT,*

*QUAM INDULSIT FORTUNA.*

A 2

NASCI

NASCI IN REGNUM FORTUNÆ EST:  
MERERI REGNUM VIRTUTIS: QUÆ  
ET HOC PRÆSTAT, UT BENE POSSIS  
REGNARE.

VERE OPTIME;

QUEM NON VERNILIS ADULATIO,  
ET ARTE EXPRESSA SUFFRAGIA;  
SED MODERATIO, SED LIBERALI-  
TAS, SED PROBITAS ATQUE CLE-  
MENTIA FECERUNT TALEM.

VENI FELIX, PROFICISCERE  
FELIX,

CHRISTIANE  
AUGUSTE!

FELIX TIBI; UT VACILLAN-  
TEM VALETUDINEM FIRMES:

FELIX PATRIÆ, UT NUNC ET  
ERIGAS ANXIAM, ET CUM SECURAM  
REDDIDERIS, ET IPSAM REDDAS  
FELICEM:

FELIX



FELIX PATRI ET SOCERO  
MAXIMIS, UT QUOD AMBIGUUM ISTI AFFERS  
GAUDIUM, UTRIQUE MOX CERTUM, INDUBITATUM,  
AC PROPRIUM PRÆSTES, ET GRATULATIO-  
NIBUS NOVIS PERPETUO  
AUGEAS.

*HOC OPTAT, HOC VOVET, HOC APPRECATUR  
VENERABUNDA AC CERNUA,*

PIISSIMO PRINCIPUM,  
PIETATIS ANTISTITA;

RELIGIOSISSIMO PRINCIPUM,  
VINDEX ET REPURGATRIX  
RELIGIONIS:

DOCTISSIMO AC LITERA-  
TISSIMO PRINCIPUM,

*MAGISTRA ARTIUM AC DISCIPLI-  
NARUM,*

ACADEMIA WITTENBER-  
GENSIS.

VENI FELIX, PROFICISCERE FELIX,  
REDI FELIX, SUPERA FELIX,

DECUS PRINCIPUM, VOTUM BONO-  
RUM, AMOR ORBIS AC SPES,

CHRISTIANE  
QUINTE AUGUSTE.

B

SERE.

SERENISSIMA  
MAGDALENA  
SIBYLLA  
SAXONICA,

SIDUS SEXUS, EXEMPLUM

SEXUS,  
FELICITER ADES!

NIL GENERE TUO EX-  
CELSIUS;

QUÆ ANTIQUISSIMORUM REGUM STIRPS:  
QUÆ PAR FASTIGIO REGIO SANGUIS,  
PRONEPTIS, NEPTIS, FILIA SUMMO-  
RUM ET MAXIMORUM PRINCI-  
PUM AUDIS.

NIL TUA VIRTUTE  
FELICIUS,

QVÆ

QUÆ POTENTISSIMI REGIS NURUS,

QUÆ DESTINATI FLORENTISSIMORUM

REGNORUM SCEPTIS UXOR FIERI

MERUISTI.

POSSITNE ALIUS AUT TITULUS GLORIÆ,

AUT FELICITATI TUÆ ACCEDERE

CUMULUS?

UT POST TOT REGIA, QUÆ HABES,

REGUM NOVISSIME FIAS MATER.

O OMNI PRINCIPIO ANTIQUIOR,

O FINE OMNI DIUTURNIOR,

SUPRA REGES ET PRINCIPES OMNES

POTESTAS ÆTERNA,

*HOC CONFICE NOBIS, HOC IMPLE VOTUM!*

ORANT TE REGES, SECUNDI A TE:

ORANT TE PRINCIPES, PROXIMI REGIBUS:

ORANT TOT GENTIUM, TOT POPULO-

RUM SUSPIRIA AC PRECES:

B 2

EXAU-

EXAUDI OMNES, EXAUDI SINGU-

LOS; ET ANNUE HANC FELICITATEM DA-

NIÆ; ANNUE HANC SAXONIÆ NOSTRÆ GLORIAM;

UTRUMQUE UTRIQUE PERPETUUM PRÆSTA

AC IMMORTALE.

AUT FELICITATI TUE ACCEDERE

SERENISSIMA

MAGDALENA

SIBYLLA

SAXONICA,

ADES FELICITER!

ABI FELICITER!

REDI FELICITER!

DEUS TE SERVET!



AD

AD  
EGRANAS ACIDULAS, ET  
CAROLINAS THERMAS.

**F**ontes Egrani, vosque Cæsaris thermæ,  
Queis sæpe duri contumax furor morbi,  
Et victa celsit membra lancinans pestis,  
Variæq; febres, debilisq; Chiragra,  
Et segnis hydrops, calculusq; non segnis,  
Aut alia si quæ viscera perimit tabes,  
Dulcemq; sæva corpori rapit florem;  
Sic larga vobis semper uberet vena  
Aquæ perennis, nec suas aquæ vires  
Defecta tellus spiritu salutari,  
Medicisq; succis, quos latentis infecit  
Semen metalli, aut liquida sulphuris flamma,  
Maligniusvé denégaverit fidus;  
Sed copiam potentis auxilli undantem,  
Sufficiat usque non humus modò mater,  
Sed omnia animans masculus vigor cœli:

C

Ue

Ut nulla lymp̄ha plus opis ferat fessis  
Ægrisq̄ue membris, quàm relapsa de vestro  
Quæ fonte manat cura inemta languenti;  
Non ad Lucrini stagna nobiles Baiaë,  
Non Sextianæ, quæq̄ue balnea exudant,  
Ubi foliis ventura fata perscripsit  
Insana Vates; fama quin minor vobis  
Aponi feratur, seculis licet priscis  
Tot gentium illum studia, tot licet laudes  
Fecere morbis numen omnibus præfens:  
Quod Dania ingens, prisca regna Cimbrorum,  
Et æstuosa Balthici maris Tethys,  
Vobis verendum pignus, ô piæ, credunt,  
Accipite, nymphæ, totq̄ue gentium vota,  
Tot maximorum vota Principum ac Regum,  
Servate in uno, **sanitatis afflictæ**  
Qui nunc medelam à fontibus petit vestris  
Longè profectus: recreate non firmum,  
Novumq̄ue robur vividæ juventutis

Lætasque vires irrigate languenti;  
Ut ante paullò qui imbecillis ac æger,  
Gravisq; venerat; integer, valens, firmus  
Vestris recedat fontibus, piæ nymphæ;  
Vobisque Carolinæ jure seclorum,  
Ventura series regium asserat nomen,  
Quibus salutem debeant suam Reges.

SERENISSIMORUM PRINCI-  
PUM AUGUSTÆ CLEMENTIÆ

DEVOTUS PERPETUO

P.

Augustus Buchnerus.

Intraque vires intigat languenti;  
Ut ante paulo qui indocilis ac terge,  
Gravisq; venet; integer, valens, firmus  
Vestis recedat fontibus, pie nymphae;  
Vobisque Carolina iure seclorum  
Veneris series regum alicui nomen,  
Quibus salutem debeat suam Reges.

SERENISSIMORUM PRINCI-  
PUM AUGUSTAE CLEMENTINAE

Fecerunt vobis  
Quod Diva regis  
Et illud vobis  
Vobis vobis  
Accidit vobis  
Totum vobis  
Sicut vobis  
Quod vobis  
Longe profectus  
Novum vobis

Augustus Buchnerus







Wf 425 PK

HL

Pow Wf 425, FK

ULB Halle 3  
003 917 916



1077





ACCLAMATIO

SERENI  
CHRISTIANI  
ELECTORIS  
ET NOBILITATIS  
ACCEPTA  
MA  
S  
AUGUSTI  
CUM  
Typis Joh  
CIPES,  
IM V.  
ARUM,  
IEREDI-  
M:  
NAM  
M  
TIS EJUS  
GRANAS  
AS  
ad. Typogr.

